



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

IV. Markgraf Woldemar bestätigt die Stiftung des Altars Exulum in der Petrikirche zu Cöln und bewidmet denselben mit Hebungen in Markede und Mittenwalde, am 24. Dezember 1316.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

fend jar, dryhundert jar, darnach in dem vunffzeynden Jare, defs negften Sundages nach marien magdalene.

Nach einer alten Abfchrift im K. Geh. Staats-Archiv (16. Jahrh.)

IV. Markgraf Woldemar beftätigt die Stiftung des Altars Exulum in der Petrifirche zu Cöln und betridmet denfelben mit Gebungen in Marckede und Mittenwalde, am 24. Dezember 1316.

In nomine domini amen. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lu-
facie Marchio, publice recognoscimus —, Quod ad honorem dei et ad collaudacionem eius
sanctissime genitricis, dedimus et pura voluntate donamus proprietatem Quatuor Manforum in villa
Marckede, et duorum talentorum Brandenburg. denariorum de domo Consulium in Middenwold
percipiendorum, quos et que dominus Johannes et sui fratres et dominus Bertholdus et Pe-
trus presbyteri, de Celario dicti, et Margaretha relicta dicta de Clebeloke, apud Echar-
dum de Bardeleue, vassallum nostrum pro Quadraginta et octo marcis brandenburg. argenti com-
parauerunt, ad fundacionem cuiusdam altaris in parochiali Ecclesia in Colonia supra Sprewam
per presentem proprietatis donacionem dotati, ita plane, quod predicti manli et premissa duo ta-
lenta cum omni iure et vtilitate, cum precariis et seruitiis quibuslibet perpetuo proprietatis titulo
ad predictum altare pertinebunt; renunciantes pure omnibus, que nobis in premissis manlis et ta-
lentis competunt, aut nobis et nostris heredibus et successoribus competere possent in futuro. Pres-
byteri eciam, dictum altare qui officiantur, in omni missa marchionum Brandenburg. Herrmanni et
Johannis predecessorum nostrorum, et omnium in dicta ciuitate morientium in paupertatis exilio, ob
quorum specialiter salutarem memoriam ante dictum fundatum est altare et a quo suum traxit no-
men, deuote memoriam facient specialem. Consules eciam predictae Colonie ciuitatis perpetuo ius
patronatus seu presentacionis facultatem dicti altaris obtinebunt. Vt autem hec proprietatis do-
nacio perpetuum obtineat vigorem, ipsam confirmamus et confirmatam autorizamus per appensionem
nostri sigilli ad hanc cartam. Actum et datum in Spandow, Anno Domini M^o. CCC^o. decimo
septimo, in vigilia natiuitatis domini, in presencia nobilium, Domini Comitis de Kevernberge,
Conradi de Redere, Droysekini, Matthie de Bredow, militum et aliorum fide dignorum.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives nach Hübner's Beitr. II, 11.

V. Markgraf Ludwig der Römer verleiht 4 Hufen in Groß-Beeren an den Bürger Willekin
Röden in Berlin, welche früher einem Bürger in Mittenwalde, Martin Posen, gehört hatten
und der Tochter desselben zu ihrer bessern Verheirathung gelassen waren,
am 7. Mai 1356.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. Contulimus et presentibus conferi-
mus discreto viro willekino Röden, cui in Berlin, suisque veris et legitimis heredibus qua-
tuor manfos, in villa magna Berne sitos, eo iure, vtilitate, commodo, fructibus et honoribus, qui-